Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

rat eis eleazar sacerdos & iosue filius nun. & principes familiarum p tribus israhel sorte omnia diuidentes. sicut preceperat dns in manu moysi. nouem tribubus. & dimidie tribui. Hoc est quod filii israhel in terra chanaan possident. quia hec est gra quam ueri israhelite. uel in presenti uel in futuro. p dimisediam optinent. Chanaan enim humilis. uel pauperculus. uel reuersus dicitur. qa quilibet electus in psenti uita. in spu pauperatus humiliatur. qui post hanc uitam ad patriam reuertitur. Quam dederant eis eleazar sacerdos. & iosue filius nun. Ipse p eleazarum sacerdotem figuratur. qui & p iosue filium nun designatur. Eleazar enim dei adiutorium dicitur. p quem xpc dns exprimitur. in quo dei patris auxilium humano generi transmittitur. Qui sacerdos iure describitur. quia ipse sacerdos. ipse hostia. in ara crucis. p mundi redeptione efficitur. Iosue g filius nun. & eleazar sacerdos terram chanaan diuidunt. qa xpc uerus dei filius. uerusq; uirginis filius. celestis regni mansiones suis distribuit fidelibus. Principes familiarū. sunt sci angeli. rectores fidelium animarum. Qui p tribus israhel principantur. quia uel singulis animabus. uel singulis ecclesiis. uel singulis puncis dominantur. Unde saluator in euglio loquitur suis discipulis. Videte ne contemnatis unū de his paruulis. qa angeli eorum in celis semp uident faciem patris. Hinc etiam angelus daniheli dicit. cum ei secreta celorum patefaciebat. Princeps regni persarū restitit michi. uiginti & uno diebus. Et rursum. Cum autē egredere. apparuit princeps greco uenens. Et ite. In tempore illo consurget michahel. qui stat pfilius pplī tui. Hii g principes familiarum. cum filio dei terram chanaan diuidunt. qa sancti angeli electis hominib celestis regni mansiones distribuunt. Sorte omnia diuidentes. p xpi sanguinem. cuncta eterne remunerationis gaudia administrantes. Sicut dns in manu moysi pceperat. quando instar celestium tabernaculi cultum ei in monte synay pponebat. Nouem tribub electis fidelibus. fidi & unte merito. ad consortiū angelorum tendentibus. Et dimidie tribui. ipsi electorum multitudini. carne in hac uita degentū. sed mente in celis conuersanti. Duabus enim tribubus & dimidie dederat moyses trans iordanem possessionem absq; leuitis. qui nichil terre acceperunt inter fres suos. sed in eorum successerunt locum filii ioseph. quos in duas diuisit tribus manasse & effraym. Moyses duabus tribubus & dimidie. trans iordanen possessionem dederat. quia uel legis lator. uel scriptura p eum expressi. sanctis martyrib & confessoribus. nec non continentie pfessoribus. celestis regni hereditatem in resurrectione futura denuntiat. Leuite nichil terre inter fres suos accipere describuntur. quia qui diuine seruitutis uocatione celesti asseribuntur. terrena parentum suorum hereditate pscribuntur. In eorum locum filii ioseph succedunt. quia illi ueri leuite fiunt. qui se ueri ioseph filios recognoscunt. Ioseph enim augmentū interptatur. p quem ille designatur. cui sanguine electorum populus de die in diem augmentatur. Filii ioseph in duas tribus diuiduntur. quia uel